



Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XI. Damnati adoptivi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

in filium cum oculis meis venerant. O quam putasti, nec maritum posse sanari! jam tempus est fletus. immo jam tempus est cæcitatibus.

X I.

Damnati adoptivi.

Pauper & dives inimici: pauperi tres filii: quodam tempore visi sunt amici. Petit dives à paupere filios in adoptionem, & accepit: unus in adulterio deprehensus est, & occisus, alius affectatæ tyrannidis reus factus est, & damnatus, tertium pauper repetit: dives contradicit.

P R O P A U P E R E.

¹ Nihil tam præter luctus meos gravius, quam quod, ubi odia nihil fecere, videatur amicitia plus nocere. quidquid esse potuit in paupere, totum dives accepit. Qui si bonum animum in adolescentes meos tenuit, filios ambo perdidimus. Novum audaciæ genus, tyrannidem affectat pauperis filius. Utinam sic filium perdidissem, ut queri de fortuna liceret. Dolere integre non potest, ² qui urgetur irasci. Scio quales habuerim. & inimico & diviti placere potuerunt. ³ divitiæ ⁴ inconstantium animorum. In summa perniciis, vel velle ad me redire, vel nolle. Si vult, non delectat, qui tenetur invitus. Si non vult, jam timeo, quod divitias amare cœpit. Permissæ licentiæ magna securitas est potestas cum moderatione. Recordare, quantis meis redemerim malis, ⁵ ne adhuc redimerentur inimici.

X II. Vene-

¹ Nihil tam.] Lego, jam. Pith.
² Qui urgetur irasci.] Forte: Dolere integre non potest, qui cogitur irasci. Gronovius.
³ Divitiæ inconstantium animorum.] Intellige, sunt. Divites lasciviunt & facile variant animos. Deinde scribo: Instat filio perniciis, vel velit ad me redire vel nolit. Nisi retinendum, In summa, perniciis: quoniam fragmenta hæc sunt: & potest in omissis proximis verbum

fuisse positum, quod commode hic subaudiatur. Idem.

⁴ Inconstantium.] Vet. inconstantie, locus emendatione indiget: fortasse hac, Divitiæ inconstantiam animorum summa perniciis, vel velit ad m. r. vel nolit. Pith.

⁵ Ne adhuc redimerentur inimici.] Legge: ne adhuc videmur inimici. ut crederent homines nos in gratiam rediisse. Tacite significat, dubium an bona fide. Gronovius.